



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 97. Periculosa Urbis Tolosanæ seditio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI.** inscriptione: *Regni Francici Sigillum*,  
A.C. 1589. ex quibus majus Status Consilio, mi-  
 nus vero Cancellario, & Senatum cu-  
 riis tradebatur.

Dux cum hoc pacto in Fœderatorum  
 Ducem proclamatus esset, primas eo  
 curas intēdit, ut auctis copiis in om-  
 nes Provincias irrumperet: hanc in  
 rem Tribunos selegerat, qui cuncta ad  
 fœderatorum negotia procurarent, et  
 Regis partibus addictos ubique inseque-  
 rentur: porro omnes ad ejus imperia  
 sese inclinabant, ac urbium potissimum  
 Parisiensium exempla imitantes adver-  
 sus Henricum insurgebant.

§. XCVII.

*Periculosa Urbis Tolosanæ seditio.*

*Thuan. l. 95.* Nullibi magis, quam in Tolosana Ur-  
*vie de Jean* seditionis flammæ furebant,  
*Durantii* debacchabantur; quippe Urbanus  
*par Martel* S. Gelasio Convenensis Episcopus in-  
*Advoc. dans* fes memoir. jurias sibi a Rege illatas ulciscendi  
 occasionem arripiebat, ac populi jam al-  
 unde ad seditionem parati furorem magis  
 accendere parabat, igitur rebelles  
 Senatum erigunt ex nequissimis, quo  
 Urbs alebat, Viris conflatum: quo per  
 acto furentinm audacia adeo crescebat  
 ut Durantius primus Præses tumultum  
 sedatus Urbis Prætorium adire cogere-  
 tur: equidem ob hujus Viri præsentiam

popu-

populi petulantia deferbuit: verum  
haud diu hæc pax vigere cœpit, quip-  
pe Conveniensis Præfus emissarii no-  
vis tumultibus fuscitatis quæstionem  
hanc movebant, an Regi obtemperan-  
dum esset: cum vero varia esset opinan-  
tium sententia, & non pauci quorum-  
dam Sorbonicorum Doctorum decisioni a  
Tolosana Universitate per decretum con-  
firmatæ insisterent, hinc palam pro-  
pugnabant, exutiendum esse tyran-  
nidis jugum, ac propriæ securitati con-  
sulendum: alii econtra Regi adhucdum  
obediendum esse, fortiter contende-  
bant.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1589.

### §. XCVIII.

*Primus Præses, & generalis Advo-  
catus ibidem trucidati.*

Huic disputationi intererat primus *Thuan. l. 95.*  
Præses, qui etiam affirmantium *la Faille an-*  
parti ad stipulabatur, eidem suffragante *nal. de Tou-*  
Jacobo Daffio Advocato generali: ille *lous. San-*  
autem tanta adhuc valebat auctoritate, *marth. in*  
ut ejus jussu hujus rei decisio ad Sena- *elog. &c.*  
tum referretur: ergo die vigesima septi-  
ma Januarii hanc in rem conventus ha-  
betur, cum autem ibidem nil decide-  
retur, populus in rabiem actus redu-  
cem in sua rheda invasit, eumque gla-  
diorum iictibus undique petiit: ille ta-  
men furentium impetus declinans ad

Xx 2

Urbis